

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Error k  
cum fonte primo

Ex eo error noster apparet  
quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniam soluimus,  
ea gratuita uocamus pro quibus nos ipsos impendimus  
que emere nollemus. Si domus nostra pro illis esset danda,

adeo nichil est cuique se uilius.

Seneca XLII. epistola.

Ex eo licet stupor noster appareat,  
quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniam solvimus,  
ea gratuita vocamus pro quibus nos ipsos inpendimus.  
Quae emere nollemus si domus nobis nostra pro illis esset danda,  
si amoenum aliquod fructuosumve praedium,  
ad ea paratissimi sumus pervenire cum sollicitudine,  
cum periculo, cum iactura pudoris et libertatis et temporis;  
adeo nihil est cuique se vilius.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 42.7  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.112, ll.10-17).